



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 40. De Ordinandis Episcoporum familiaribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

CAPUT VIII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

Quomodo, & a quo unusquisque promoveri debeat.

„Ordinationes sacrorum Ordinum,
„statutis a jure temporibus, ac in
„cathedrali Ecclesia, vocatis, præsentibusque ad id Ecclesiæ Canonicis, pu-
„blice celebrentur, si autem in alio
„Diœcesis loco, præfente Clero loci, di-
„gnior quantum fieri poterit, Ecclesia
„semper adeatur: unusquisque autem
„a proprio Episcopo ordinetur. Quod
„si quis ab alio promoveri petet, nulla-
„tenus id ei etiam cuiusvis generalis
„aut specialis rescripti, vel privilegii
„prætextu, etiam statutis temporibus
„permittatur, nisi ejus probitas, ac mo-
„res Ordinarli sui testimonio commen-
„dentur. Si secus fiat, ordinans a col-
„latione Ordinum per annum, & ordi-
„natus a susceptorum Ordinum execu-
„tione, quamdiu proprio Ordinario vide-
„bitur expedire, sit suspensus.

§. XL.

De *Ordinandis Episcoporum familiaribus.*

CAPUT IX.

*Ordinandis familiarem Episcopus conferat
statim re ipsa beneficium.*

Hist. Eccles. Tom. XLVI. C c Epif-

Sæc. XVI. „Episcopus familiarem suum non sub-
A.C. 1563. „ditum ordinare non possit, nisi
„per triennium secum fuerit commora-
„tus, & beneficium, quacunque frau-
„de cessante, statim re ipsa illi confe-
„rat, consuetudine quacunque, etiam
„immemorabili, in contrarium non ob-
„stante.

§. XLI.
De tonsura per Abbates conferenda.

CAPUT X.

*Episcopis inferiores Prælati tonsuram, vel
minores Ordines ne conferant, nisi Regu-
laribus sibi subditis: nec ipsi, aut capitu-
la quæcunque dimissorias concedant,
graviori in decretum peccantibus
pœna statuta.*

„Abbatibus, ac aliis quibuscumque,
„quantumvis exemptis, non liceat
„in posterum, intra fines alicujus Diœ-
„cesis consistentibus, etiamsi nullius
„Diœcesis vel exempti esse dicantur,
„cuiquam, qui regularis subditus sibi
„non fit, tonsuram, vel minores Ordini-
„nes conferre, nec ipsi Abbates & alii
„exempti, aut collegia, vel capitula
„quæcunque etiam Ecclesiarum cathe-
„dralium, literas dimissorias aliquibus
„clericis secularibus, ut ab aliis ordi-
„nentur, concedant: sed horum ordi-
„natio, servatis omnibus, quæ in hujus
„sanctæ